a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibus-
vis privilegiis et Competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi
Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet
secum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et ple-
nie incorporando atq[ue] subyciendo palam, libere, publice ac per-
expressum recognovit. Quia ipse se ac suos Successores in et
sup[er] Bonis suis quibusvis omnibus summisq[ue] quibusvis pecuniarys
habitis et habendis Nobili Ioanni Baczynski eiusq[ue] Posteris in-
scribit et obligat praesens Nobilem Nastasiam Baczynska supra-
scripti Nobilis Ioannis Baczynski cum Nobili Catharina Sobanska
Consorte eius legitima procreatam filiam Consortem suam legitimam
vel in eventu mortis Successores illius ad faciendam et recogno-
scendam Inscriptionem Abrenuntiatoriam de bonis Paternis et
Maternis eandem in vim dotis et expeditionis legitime Concer-
nens ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis
in se habentia intra decursum duodecem septimanarum
Cum personali assistentia sui Recognoscentis vel in even-
tu mortis Successorum illius adducere et personaliter statue-
re ab eaq[ue] ut praemissa debite exequantur efficere. Idq[ue] sub
damnis Terrestribus simpliciter taxandis et edicendis per eun-
dem Agentem sive eius posteros ob non statutionem eiusdem
Consortis suae statuendae vel in eventu mortis Successorum
eius ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem dam-
nis Terrestribus simpliciter taxandis ad solvendum suc-
cumbendis Citatus eiusve mutatq[ue] Recognoscens ad Instantiam
supradicti Nobilis Baczynski aut eius Successorum ad Officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense et nunc recessu supra-
scto quo ad rendum spectat mediante terminis in primo ci-
tationis Termino tanquam peremptorio stare, Iungarere, respon-
dere damna praefata Terrestria luere, Inscriptioni praesenti satisfa-
cere etc. Scribantur reliqua, ligamenta fori et praecedenti

Janowski Kosacowic Consor

1242 tis suae Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Grehorius Jaworski Koszkowic. Sanus mente et corpore existens a Terris Districti-

1013 bus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesentis vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum successoribusque de bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse. Alli Halam Jaworska olim Nobilis Samuelis Jaworski z Sypowic cum Nobili Anastasia Pogielowna Consorte eius legitima procreatam filiam suam vero Egnti Consorti legitimae eiusque posteris summam Trecentorum florenorum polonorum ratione veri dotis et expeditionis post eam acceptam et in domum suam importatam. Necnon aliam similem summam Trecentorum florenorum polonorum ratione veri iusti et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum Necnon auri argenti Cleinodiorum vestium vestimentorum Stanni Cupri oricalci pecorum pecudum Equorum equiream ac totiusque suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae in quacunque materia et forma existentium dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et Reformavit prout dat dotat dotalitiat inscribit et reformat praesentibus Ipsi super ipsam Nobilem Halam Jaworska Consortem suam legitimam eiusque posteros eandem Medietatem bonorum suprattorum generaliter omnium Cum universis utilitatibus et Usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice usufruendi ac ad usus suos et successorum suorum quovis beneplacito libere et effectualiter Convertendi, vigore ac more aliarum Reformationum

haecque

hactenus et diutius in Regno Poloniae observari Solitam.

Idem Consortem Suam Statuet.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Alexius Aleksius Jaworski Kosakowicz Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice, ac per expressum Recognovit. Quia ipse Item Adam Jaworska olim Nobilis Samuelis Jaworski Kozowicz cum Nobili Anastasia Pogielowna Consorte eius legitima procreatam filiam, sui vero Recognoscentis Consortem legitimam eiusque posteros vel in eventu mortis Successores illius ad faciendam et Recognoscendam Inscriptionem Abrenunciatoriam de bonis paternis et Maternis, eandemque in Vim dotis et expeditionis post illam accepti legitime Concernentem ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem Septimanarum cum personali assistentia sui Recognoscentis, vel in eventu mortis Successorum illius adducere et personaliter statuere. eiusdem Nobilis Consortis suae Fratri vel cui de Iure legitime Competierit in et super bonis suis quibus omnibus Summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis se ac suos Successores inscribit et obligat praesentibus. Atque sub damnis Terrestribus simpliciter taxandis. Per eundem Recognoscentem sive eius posteros Fratri Consortis suae aut cui de Iure legitime Competierit ob non statuitionem eiusdem Consortis suae Statuendae ad

exequenda